

a vitaq³ Nequitiã tuã disperdis, liberosq³ tuos
 ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re
 commercioq³ interdico. IV. Per verbal. 12. Tabul. quæ ta-
 lia erant: ut qui prodigus existeret, ei Prætor bo-
 nis interdiceret, inq³ ejus pecunia agnatorum
 gentiliunq³ potestas esset. Quod quidem moribus primùm
 introductum, postea tamen LL. approbatum: Ab Atheniensibus enim LL.
 12. Tabul. Romani acceperunt: Apud Athenienses autem nemo prodigus
 habebatur, nisi quem Areopagite talem declarassent, & ex L. bonor. admi-
 nistratione interdixissent, Lex ergò norma est, secundùm quam Prodigo
 bonis interdicitur: Unde licet lex hoc velit, tamen non censetur, Prodigo
 bonis interdictum, antequam Magistratus legem in effectum deduxerit.
 V. Quod comprobatur exemplis, apud Valer. Maxim. lib. 3. c. 5. & lib. 8. c. 6.
 Quinti Fabii Maximi Allobrogici, & Gaji Licinii cognomine Hoplomnesi.
 VI. De Divo Pio etiam relatam est, quod Matris querelam de liberis admi-
 serit, jussitq³ eos Curatorem accipere, l. his. qui. 12. §. fin. ff. de tut. & cu-
 rat. datis ab his. Si ipso jure prodigi fuissent, non amplius opus fuisset matris
 querelã, nec ea digna, ut ab Imperatore admitteretur. VII. Hec etiam
 inde patet, quod testamentum, quod prodigus ante fecerit, quàm interdi-
 ctio ei fiat, ratum est, l. is cui lege 18. ff. qui testam. fac. possunt. d. §.
 item prodigus. Corner. cons. 216. n. 13. lib. 3. Boët. decis. 23. n. 98. Et
 nisi notorium esset, testatorem prodigum fuisse. Gl. in l. is cui bonis. 6.
 ubi Br. Bl. Castrenf. Roman. Jason. & alij de V. O. Cum enim prodi-
 gis interdicatur administratione, E. antea possunt administrare. Nam si an-
 te interdictionem judicis ipso jure inhibita esset administratio, frustratoria
 judicis foret interdictio. Et hæc sententia non modò communis, & in praxi,
 in judicando atq³ consulendo tenenda, Jason. d. l. is cui bonis. nu. 9. Vigl.
 in §. item prodigus. nu. 3. Francisc. de Caldas ad l. si Curatorem, verbo,
 cum non absimilis, n. 5. 6. 7. C. de in integr. restit. minor. Sed etiam vera
 est. l. tres tutores 56. in fin. ibi aperte prodigo, de admin. tut. Quod ta-
 men limitat Benevenuto Straccha tract. de Adjecto n. 12. per l. si quis cū
 sciret. 8. ff. pro Emptor. VIII. Probabile porrò non est, opinioni vulgi L.
 permissum fuisse, sine cause cognitione censere quem prodigum, siquidem